a Jpretor. aquã de loco alieno duxit p ãnũ:quominus in futurũ ducat pretor vetat fieri vim. Secũdo loquit vlpi.ꝛ dicit hoc edictuz eſt ꝓhibitoriũ. eſt etiã reſtitutoriũ qõ expone vt in glo.ꝛ hꝫ locũ in aqua quotidiana.ꝛ illa aqua dr̃ quotidiana non tm̃ illa que quotidie ducitur,ſed ꝛ illa q̃ omni tpe poſſz duci.duci tamẽ aliquo tpe nõ expedit.Et quotidiana aqua differt ab eſtiua i vſu. quotidiana eñ ducitur ꝛ eſtiuo tpe. ſic ꝛ dicũtur veſtimẽta eſtiua q̃b⁹ quis vtitur in eſtate. ſic caſtra eſtiua dicũtur.ſed verius eſt vt dicamus diſcerni eſtiuã aquã a quotidiana inſpecta mẽte hominũ vtentiũ.nam licet ſic aqua ꝑpetuo duci põt non tm̃ quis vtitur ea niſi in eſtate:eſtiua dicat̃.idẽ multo magis ſi aqua ẽ talis que nõ põt duci niſi i eſtate.ꝛ ſi natura locoꝝ ſit talis vt non recipiant aquã niſi in eſtate eſtiua aqua dicitur.poſtea exponit q̃dã edicti.ſ.ãno, nã ſufficit vna die ãni duxiſſe aquam vel vna nocte, ſic ergo quotidiana aqua dr̃ que omni tempe duci põt.lz aliquo tpe quãdoq; ñ vtat̃. eſtiua añt ſit que eſtate tm̃ ducitur:ſiue alio tempe poſſet duci ſiue non.ꝛ hoc interdictum habet locũ in aqua perenni,que tamẽ duci poſſit. ſunt enim quedam aque que duci non poſſunt vt aque puteales.i. que ſunt in puteis ꝛ ſimiles.in iſtis tamen poteſt concedi hauſtus aque. Poſtea dicit.hoc interdictum de aqua. Jtem interdictum de fonte competunt ei qui ducebat aquam ex capite aque. caput autem aque dicas locum: vnde aqua naſcitur ꝛ de hoc tradit exempla. ꝛ competit hoc interdictũ illi qui iure ſeruit. vtebatur iſta aque ductione ſiue habebat ſeruit. ad hoc ſiue non.ſed credebat ſe habere. Jtem hoc interdictũ cõpetit ſiue ducebat aquam cauſa irrigandi agros ſuos:ſiue cã ſui ꝛ familie.etiã ſi ducebat iſtam aquã ad domũ ſuaz: nec eſt vis ſiue hec aqua erat frigida ſiue calida. nam ꝛ in quibuſdã terris vtit̃ aqua calida ad irrigandos agros ꝛ ſiue aqua quã vis ducere ſit intra vrbem ſiue extra:idem eſt, ꝛ permittit pretor per hoc edictum eodem modo duci aquã quo hoc ãno ducta eſt.i.per eundez riuum:cum per maiorem vel prorſus aliuz riuum ius aque ducende ad fundum meum debeã omnib⁹ p tibus fundi.ſi autẽ ad fundum emptum iuxta meũ antiquum poſitum velim ducere aquã:non poſſum niſi primo antiquuz meum fundum intraret aqua.naz poſtea poſſem eã ducere ad aliũ meum fundum emptum: niſi hoc eſſet cũ magno incõmodo dñi aque. Quid añt ſi aliam aquã imiſceo in riuum cũ ea aqua qua ſum conſuetus ducere, certe ꝓhiberi poſſuz ne hãc aquam ducã: ꝛ ab eo loco ducere prohibebor quo coniungitur aqua.verius añt eſt vt a prin. aque,ꝓhibear ducere. Sed pone q̃ habeo ius ducendi.ꝛ. oues ad fontem tuũ cã bibendi.duco.xx.certe prohibebor in.x. ducendis tantũ:non in aliis poſtea dicit.hoc interdictuz competit tantũ ei qui putat ſe habere ius ducendi aquã.ꝛ ſufficit q̃ a prin.duxit aquã non vi non clam.non precario:ſed credens ſe habere ius ducendi aquam.liz poſtea vi vel clam ducere cepit aquam. Sed quid ſi a prin. anni duxit aquam. poſtea per ſe aqua veniebat:ꝛ aliquis nunc prohibeat aquam venire.dicitur q̃ habet locum hoc interdictum. Jtem habet locum hoc interdictuz quando quis credit ſe habere ius ducendi aquam de tertia in tertiam diem.vel de quinta in quintã diem. ꝛ cepit ducere per vnã diem.ꝛ poſtea prohibeatur ducere alia tertia die vel quinta. nã habet locum hoc interdictuz. ſecus autem ſi nunc volebat ducere omni die.nam bene poſſet hoc caſu ꝓhiberi. Vltimo dicit prohibitus ducere aquã quã per annũ duxerã: ſteti longo tempore q̃ non ſum auſus ducere aquaz:ꝛ ſic nõ vtendo amiſi ius aque ducende.agam contra te hoc interdicto per qõ cõſtitues mihi ſeruit.de nouo. ¶Si fundum. Prohibitus ſuz ducere aquam ad fundũ meum quã eraz conſuetus ducere cõpetit mihi hoc interdictum:etiam ſi iſtum meum fundum vendam.ꝛ habit̃ ad id qõ interfuit mea me nõ fuiſſe prohibituz. Secũdo dicit.hoc interdictum competit contra omnẽ prohibentem me ducere aquam:ſiue prohibens ſit dñs fundi de q̃ ducebam aquã ſiue non. Tertio dicit.inter duos eſt q̃ſtio cõtẽdens quilibet ſe habere ius ducendi talem aquam per eundem riuum: inter eos proponitur interdictum vti poſſidetis. Quarto dicit per interdictũ poſitum in prin.ti.prohibetur ne aliquis faciat opus vt fodiendo vel ſimili modo per quod aquã non poſſim ducere commode ꝛ ſine corrupt̃.aque. Quinto dicit. poſſum tibi concedere ne fodiam in fundo meo cum forte timeas ne fons tuus per hoc deficcaretur. fran. ¶De inde ait pretor. Nũc ponit aliud edictum cuius ſenſus ẽ.ſi de aqua tua duxi priore eſtate non vi.non clã, non precario:quominus ita ducam:pretor prohibet mihi fieri vim. ꝛ habet locum inter heredes ꝛ bonorum poſſeſſores ꝛ emptores. Poſtea loquitur vlpi.ꝛ dicit hoc interdictum de aqua eſtiua loq̃tur.ꝛ patet differre interdictum primum ab hoc ſecundo. qz in primo habetur mentio anni: in hoc eſtatis habetur mẽtio. et dicit quãdo incipiat eſtas ꝛ quantum duret.ꝛ ſic ſi bene inſpicitur aliquando in hoc edicto ſpectatur tempus vltra annum quid enim ſi in vltima die huius eſtatis prohibes me ducere aquam ꝛ ea fui vſus in prin. precedentis eſtatis .ꝛ ſic prope annum ꝛ ſex menſes inſpicitur retro.tandem dicit conſuetus fui ducere aquã in hyeme tantum.nũc prohibeor ducere. habeo hoc interdictum vtile. Sed pone q̃ hac eſtate tantũ cepi ducere aquaz,ꝛ duxi ſaltim.xxx.diebus in eadem eſtate me prohibes ducere.habeo vtile interdictum.poſtea exponit vltima verba edicti.ſ. hec inter heredes ꝛc.ꝛ dicit q̃ verba referũtur ad vtrunq; edictum.vt hec interdicta dentur heredibus:et emptoribus ꝛ alijs ſucceſſoribus ſicut ꝛ interdictum de itinere actuq; priuato. ¶Ait pretor quo ex caſtello. Hunc ponit aliud edictũ:cuius ſenſus eſt ab eo cui ius concedendi fuit cõceſſum eſt mihi ex caſtello aquam ducere: quo minus ducam pretor prohibet vim fieri mihi. Jtem ſi volam reficere debebo cauere de damno infecto. Poſtea loquitur vlpi.ꝛ dicit h̃ edictum neceſſariuz eſt.ſuperiora enim habẽt locũ cũ a capite duco aquã, h̃ añt cũ ex caſtello,i.ex receptaculo qõ pu,ꝺtinet

aquã.si aũt ex alio loco publico:puta ex riuo publico ꝓmissũ est mihi ducere:hz locũ hoc interdictũ vtile,ꝛ a principe talia ꝺcedũtur,ꝛ qñq̃ cõcedit̃ ꝑdijs.qñq̃ psonis,ꝛ tũc psonis extinctis extinguit̃ priuilegiũ:vt sic nec vadat ad ẽptorẽ nisi impetret qõ de facili ei cõcedit̃. Et est notãdũ q̃ in b̃ interdicto dirimit̃ tota qõ nec aliq̃d refuat̃ ad dirimẽdũ. nã si princeps cõcessit:qõ nunc ꝓbabit̃.planũ est.ꝛ defendet̃ inductiõe aq̃. alꝫ.i.si nõ ꝺcessit princeps tũc nõ defendit̃.at in supiorib⁹ circa pos.agit̃ vt q̃s anno vel estate.si vsus est ille defendatur in pos.aque ꝛ reseruet̃ qõ vere fuit̃. Vltimo dicit.si ꝺcessum est mihi vt aquã accipiaz de die tm̃ vel de nocte tm̃ seruabit̃ forma concessionis.

h Ode iure. Aqua põt duci cã irrigãdi agrũ. Jtẽ cã pecoris vt sic nõ sit necesse pecora ire ad aquã castelli. Jtẽ si li ꝺ cã põt cõcedi aqua. Secũdo dicit.ex cõcessione principis ducebã aquã ex flumine:bñ possũ. dũ tm̃ nõ noceam p hoc vicinis ẽt his q̃ sunt vltra flumẽ.si flumẽ erat strictũ. Tertio dicit.concessum est mihi vt ducã aquã ex flumine publico.si flumẽ recedat alibi:ꝛ sic mutet subito alueũ ꝺcessio ẽ extincta.sec⁹ si paulatim mutet alueum.sed q̃d si ps fluminis sepauit se ab alueo cõi:ꝛ iuit p aliã ptẽ relict̃ ꝑdijs in medio inter se ꝛ antiquũ alueũ,certe nũc p̃ possum ire ad ptẽ illã fluminis cã ducẽdi ꝺ aq̃ illa:ꝛ reddit̃ rõ in littera. ¶ Aqua q̃ in riuo. Ducere sum solitus certã aquã p riuũ tuũ.nũc aq̃ surgit in riuo.ꝛ sic plus aq̃ nũc p riuũ tuuz venit ad me.nõ ꝓhibeor p hoc ducere. Scõo dicit.duxi aquã tãto tpe cui⁹ nõ extat memoria amõ iure mihi debet̃. Tertio dicit.qui hz ius aque cotidiane ducẽde p riuum tuũ põt ibi in riuo facere fistulas vel aliq̃d aliud sile:duz tm̃ p hoc nõ noceat tibi nec illis q̃ ius hñt ducẽdi aquã p ꝑdictũ riuũ. Quarto dicit.habeo ius ducẽdi aquã p riuũ tuũ supra riuũ vis facere pontẽ:vt supra eũ ducas aliã aquã: bene potes.dũ tm̃ hoc mihi nõ noceat.

l Ocio titio. Dr q̃ plib⁹ possuz ꝺcedere vt aquã ex meo fonte ducant ꝛ adducit sile in itinere ꝛ actu.ꝛ si discordẽt iter se q̃b⁹ tpib⁹ vtat̃ vn⁹:ꝛ q̃b⁹ alter:agẽt inter se cõi diuidendo.

c Cm cõstet. Jus aque ducende põt diuidi ꝛ certis tpib⁹ ꝛ certis mẽsur̃.hic est q̃ si ꝺcessit ius ducendi aquã duobus puta titio ꝛ sepronio vni in estate:puta titio,alij ꝺtinue: puta sempronio:sic diuidet̃ vt dimidia estate ducat titi⁹. sempron⁹ alia dimidia estate ducet ꝛ tota hyeme. Scõa pte dr. duo ducebãt aquã p eũdẽ riuũ diuersis horis.puta vn⁹ a mane vsq̃ ad nonã.ali⁹ postea.si isti mutauerũt horas.ꝛ quilibz tpe alteri⁹ duxit bñ retinẽt hoc ius aque ducende.

d E interdicto. Siue aqua quã duco duci non possit nisi estate sui natura siue oi tpe possit duci:ducatur tm̃ estate tm̃.q̃ expedit agro meo tm̃ hoc tpe:estiua dicitur.

s Jde via. Jpono ego.f.vt in gl.dñi mei ac.q̃ incipit agit titi⁹ ꝛc.fran.

c Cti p fundũ. Habeo ius ducẽdi aquã p riuuz tui fundi. possum in eo riuo facere fistulas ꝛ oẽ qõ volo dum ex b̃ nõ ledat̃ dominus fundi.fran.

¶ De riuis. Rubrica.

Si per riuũ tuũ vel specũ vel septã duxi aquã prioze estate nõ vi.nõ clã.non precario.ꝛ nũc volo reficere.ꝓtor ꝓhibz viz fieri quo min⁹ reficiaz vel purgẽ. Postea loq̃tur vlp.ꝛ dicit.quis sit riuus ꝛ spec⁹ ꝛ septa.ꝛ q̃d sint incille.ꝛ q̃d sit reficere ꝛ purgare ꝛ intelligas de refectione q̃ fit cã aque ducẽde. nec est vis habeã fuit̃.ducẽdi an nõ.sed sufficit me fuisse vsum ductione aq̃ nõ vi.nõ clã.nõ ꝑcario.fran. ¶ Si quis terrenũ. Riuũ terrestrẽ volo facere lapideũ nõ possuz idẽ si p aliũ locũ q̃ p ꝺsuetũ volo ducere aquã nõ possum. idẽ si riuũ vellẽ deprimere vl̃ extollere vel dilatare vel apertũ copire vel ecõtra.nõ possuz.ꝛ b̃ dixit offili⁹.vlp. ãt p̃dicta ꝺfirmat excepto eo q̃ apit riuũ pri⁹ cooptũ vel ecõtra. nã hoc põt facere nisi dñs fundi ex hoc ledat̃:vt q̃ oues suas erat ꝺsuetus mãdare ad bibẽdũ in isto riuo:nũc ñ possz si coopireꝫ idẽ si sile dãnũ hẽat dñs ꝛ b̃ ẽt dixit labeo ꝛ ẽt põp,nõ plz q̃ p b̃ dñs soli pdat.ꝛ expone hãc lram

vt in gl.fui⁹ ãt dicit nõ posse me apire cooptuz riuũ ꝛ ecõtra.si maiorẽ vtilitatẽ dñs ostẽdat nisi cã aque ꝺseruãde ne defluat vltra riuũ faciã.ꝛ hoc edictũ seruij cõfirmat vlp.ꝛ b̃ dicit h.ꝯ. cũ.l.se.ꝛ prin.se. ¶ Seruꝰ. Si riuũ terrestrẽ volo lapideũ facere q̃ aquã nõ cõtinebat pri⁹.bñ possuz.ꝛ ecõtra possuz facere dũ tm̃ hoc sit necessariũ riui refectioni. Jtẽ nouuz canale vel fistulã possuz in riuo ponere si hoc nõ nocet dño fundi. Jtez si aqua ex plurib⁹ locis veniẽs in riuũ latũ colligat̃ ꝛ inde p plures riuos ducat̃.si volo illũ locũ reficere audioz. Vltimo dicit hoc interdictũ cõpetit volẽti reficere riuũ p quẽ ducit aquã sive in priuato solo sit siue in publico. Jtẽ siue ducat̃ aqua frigida siue calida. Jtẽ ad cuniculos ptinet.ꝛ q̃d sit. dic vt in gl.ꝛ hisdẽ psonis dat̃ ꝛ ꝯ eos q̃b⁹ dant̃ supiora interdicta in titulo supiori posita. ¶ Si q̃s riuũ. Reficiẽti riuũ nõ põt nũciari nouũ op⁹. sz ꝯ eũ põt agi in rẽ negatoria p quã negat̃ ius ei nõ esse. Jtẽ reficiẽs riuũ tenet̃ de dãno ifecto cauere. Vltimo dicit.cũ vellẽ reficere riuũ ꝓhibebas me portare calcẽ ꝛ lapides ꝛ silia q̃ portabã cã reficiẽdi riuũ ꝺpetit mihi b̃ interdcm̃.

d E riuis. Qui agit b̃ interdicto sufficit q̃ ꝓbet se prioze estate vsuz esse aq̃ p illũ riuum.nõ vi.nõ clã.nõ ꝑcario.ꝛ nũc ꝓhibuit.s.seruit̃.nõ autẽ req̃rit̃.habeat de hoc ius vel nõ habeat.hz sec⁹ sit i iterdicto ꝺ itinere reficiẽdo.cũ hoc casu multũ ledẽtur hoies si nõ reficerẽtur riui nisi primo de seruit̃. pbatur.cũ interim hoies possent perire siti, at in itinere nõ esset tanta lesio:maxime in estate.

¶ De fonte. Rubrica.

Ponit̃ edictũ cui⁹ sensus est.si anno p Retor ait hauriui aquã de fonte tuo nõ vi. non clã.nõ precario.ꝑtor ꝓhibet mihi vi fieri quo min⁹ hauriã. Jdẽ si ad lacũ tuũ puteũ vel piscinã ꝺsuet⁹ suz ducere oues meas ꝑtor ꝓhibet me ne mihi vis fiat.postea loq̃t̃ vlp. ꝛ dicit.hoc interdictũ dat̃ ei q̃ fontana aqua vti ꝓhibet̃. nã si cui fuit⁹ est deducẽdo aquã.itẽ de hausturo aq̃:sic ꝛ duo interdicta reddita sunt.vnũ ꝺ ducẽda aqua.vt in titulo de aq̃ cotidiana ꝛ estiua.p totũ.de aqua hauriẽda vt h. nã agã hoc iterdicto ꝯ eũ q̃ ꝓhibet haurire aquaz vel ducere pec⁹ ꝛ in viua aq̃ hz locũ nõ in cisterna. Jtẽ hz locũ si ꝓhibear ire ad haustũ aq̃ ꝛ dat̃ his psonis q̃b⁹ ꝛ supiora. ¶ Deinde ait prꝫtor. Per b̃ edictuz qõ b̃ ponit̃ ꝓhibet̃ viz fieri volẽti reficere fontẽ nã parũ valeret vsus fontis nisi posset refici ꝛ ꝺz refici vt aquã cõtineat fons nõ vt ereat aqua vel ne aliter vtat̃ q̃ prioꝛi ãno sit vsus.ꝛ hoc idẽ dicit interdictũ dat̃ volẽti reficere lacũ puteũ ꝛ piscinã:ꝛ eis psonis dabit̃ q̃b⁹ interdicta de aqua cotidiana ꝛ estiua.dantur.

¶ De cloacis. Rubrica.

Ponit̃ edictũ cui⁹ sensus est. si volo p Retor ait reficere vel purgare cloacã q̃ ex edib⁹ meis ad tuas ptinet edes.ꝑtor ꝓhibz mihi fieri vim Jtẽ de dãno infecto cauere debeo:si opis vitio daretur dãnũ Posta loquit̃ vlp.ꝛ dicit.duo iterdicta sunt circa cloacã vnã ꝓhibitoꝛiũ.ꝛ b̃ est primũ.aliud restitutoꝛiuz.de quo hẽs.j.e.ꝯ. deinde. Tertio dicit. bene fecit ꝑtor q̃ voluit posse purgari ꝛ reficicloacas,cũ ad tutelã hominũ b̃ spectet: ꝛ hz locũ hoc interdictũ in priuatis cloacis nõ ĩ publicis. Postea dicit q̃d sit cloaca. Jtẽ hoc primũ interdictũ ẽ ꝓhibitoꝛiũ. Jtẽ appellatione cloace ꝺtinẽtur cub⁹ ꝛ fossa aliq̃ stricta vt sunt florẽtie.itẽ fistule.itẽ non est vis siue vi.siue clã.siue ꝑcario.vtebar cloaca. q̃ semp dat̃ mihi hoc interdictũ.vt reficiã siue purgẽ.ꝛ ẽ hoc rõne publice vtilitatis. Jtẽ q̃ dictũ est ĩ edicto ex edib⁹ meis intellige p oi edificio. Jtẽ ꝛ si ab area mea in tuã areã. Jdẽ si ex domo in agrũ. Jdẽ si priuatã cloacã ĩ publicã mittere volo. Jtẽ facere possũ priuatã cloacã q̃ vadit in publicã. Post ea exponit v̄ba ꝑtoꝛis q̃ dicũt in edes tuas ptinet siue diriga tur.hoc est.siue extendat̃ in edes tuas siue sint edes tue vicine mee,siue remote.possuz etiã parietẽ dom⁹ tue apire vt reficiaz vel purgẽ cloacã:ꝛ debeo postea restituere.nec põt mihi nouũ op⁹ nũciari. ¶ Deinde. Nũc ponit̃ aliud edictũ quo dr si aliq̃d est factũ ĩ publicã cloacã siue immissum quo vsus ei⁹ deteri

or fit pretor iubz id destrui. Itē pretor phībet ne aliquid fiat vel īmittat in publicā cloacam: postea loquit vlp. dicēs q̄ hō interdictū spectat ad publicā cloacā: ne q̄d i publica cloaca fiat vel īmittat p. qō vsus ei⁹ deterior fit vl fiat. Vltimo dicit lz interdictū primū loquatur in cloaca priuata reficienda. idē tm in faciēda cloaca priuata ne vis fiat faciēti. cū z olim hoc idem esset in cloaca que fieret in publico. Itē factā poterit reficere. facere priuatā cloacam soli ediles debēt concedere. z hoc dicit hic. §. cum. l. se.

¶ Quod vi aut clam. Rubrica.

Pretor ait Qō vi aut clā feci ñ vt ius pmittit in rede q̄ nūc agit pretor iubet me hō op⁹ destructuz. vlp. postea loqt. z dr hō intdi. restitutorium est. z p hō occurrit calliditati edificātiū. vi aut clā. z siue i alieno fundo edificē vi aut clā siue in meo ab alio tñ possesso teneor hoc interdicto. nec possuz obijciere q̄ in meo fundo feci cū eū nō possideā. z ad sola edificia q̄ fiūt vi aut clā. in solo hz locū hoc interdictum. postea expōit. quis dicat vi edificare. z certe ille q̄ edificare phībit⁹ edificat. vel q̄ ꝯ nūciationē p lapillum factā edificat. vel q̄ ꝯ testationē. i. denūciationē coram testibus factā edificat. Itē q̄ curauit. i. procurauit ne phīberet sciens se debere phīberi. tenet hoc interdicto. lz si phībit⁹ destitit tunc edificare: z alia die edificat. vī vi facere. Sz pono q̄ cū edificabas in fundo siue solo a me possesso infirmitate duct⁹ vl nolens te offendere vel amicū tuū q̄ z me⁹ erat amic⁹. nō phībiti. nō videris vi edificare. sed si cū vellē venire ad phībēdum te aliqs mihi in via restiterit cū armis ne venirē: z non veni. z hoc factū est te ignorāte: non videris vi edificare cū factū alterius tibi ignorāti nō dz nocere. Vltimo dicit. siue ego met phībeā siue p seruū meum siue p procuratorē: siue p filiam psonā idē ē nec obstat q̄ p liberā psonā mihi q̄rit. nā phībitio facit te vi facere. imo z cū clā edificas ex tuo facto teneri. z sufficit q̄ semel phībearis p toto tpe: vt totū edificiū postea factuz debeas destruere. nisi postea tibi pmisissem edificare. vel procurator vel tutor vel curator me⁹ pmisisz. lz si in loco publico phībit⁹ edificez teneor hoc interdicto. nec pdest pmissio pfidis nisi lex municipalis hō facere. i. posse pmittere pfidi pmisisset. permissio aūt pncipis vel ei⁹ cui hoc pmisit priceps. s. posse pmittere in loco publico edificare bñ tenet. Itē si phībit⁹ edificat satisdat. satis sit nā nō vī vi facere. Itē si esset phībit⁹ qs edificare a vicinis q: timet de dāno infecto: z de hoc satisdet satisfit. z hoc dicit hō. l. z. se. z prin. s. ¶ Clam facere. Nūc exponit ꝟbū clā. z ille clā dr edificare q̄ celat aduersario op⁹ qō facit. quē si sciret credit q̄ ei cōtrouersiā moueret coram iudice. vel de facto saltem sine iudicio. z de hoc timet vel timere debuit. Itē si nō credat: credere tñ debebat. Itē clā dr facere q: dixit aduersario de ope qō erat factur⁹: alia tñ forma q̄ fecit: de q̄ da exēplū. vt in glo. vel q̄ tarde dixit. z hō dicit hō. §. z. l. se. z pn. se. ¶ Si quis. Nūc dicit q̄ q̄ denūciat se op⁹ factuz z facit: nō semp clā dr facere: q: si denūciat in quo loco vult edificare z dies z hora in qua denūciat scribat z op⁹ qō dicit se factuz bñ sit. si aūt hoc nō facit vt dictū est. clā dr edificare. z siue denūcieī aduersario siue procuratori ei⁹ siue amicj siue domui ei⁹ siue femine in domo aduersarij existēti satis sit. Itē satis ē nō hr animū celādi. Itē si edificare volo in publico sufficit q̄ denūciē procuratori rei publice. Itē si edifico in solo quē credo tuum: cū sit titij z aio celandi tibi. certe clā dico: edificare quo ad titiū. Idē si edificē aio celādi seruo tuo vel procuratori tuo: satisfit vt tibi dño cōpetat hoc interdictū. Vltimo dicit. nūciaui tibi q̄ op⁹ vellē facere. tu nūciasti mihi ne facerē. si amō faciaz teneor hoc interdicto vi eniz video: fecisse. fran. ¶ Hec ꝟba. Nūc exponit verba posita in edicto. hoc. s. factū est. z mutius pdicta verba sic intelligit qō tu fecisti aut aliquis tuoz fecit. vel aliqs ali⁹ tuo iussu. labeo etiā extēdit ad heredes pdictoz vt oēs teneant hoc interdicto. Itē si tutor vel curator vel procurator mūicipū. vel syndic⁹ edificet vi vel clā noīe pupilli vel ciuitatis. z si multi sint edificantes tenent ipsi edificātes hō interdicto. vel aliter potes intelligere hūc pūctū vt in gl. q̄ incipit scz edificātes. ꝛc. in fine glo. si aūt seruus me⁹ edificauit vi vel clā. si meo noīe vel suo edificauit. teneor hoc interdicto. si autē nomine extranei. puta titij cū quo nūc stabat si edificat vi vel clā vel ei⁹ iussu: tūc ipe titi⁹ tenet nō ego. sz pone q̄ iussu tutoris vel curatoris vel procuratoris vel duūm viri factū est op⁹ vi vel clā. z hō opus iusserūt fieri noīe pupilli vel adultī vel ciuitatis. tenet hoc interdicto pupillus z adult⁹ z ciuitas. z dr teneri z iubēs. s. ipse tutor z sil'es. si aūt mādaui titio vt quoddā op⁹ iuberet alicui facere z iussit z ille fecit vi vel clā op⁹ tenet hō interdicto qui fecit nō titi⁹: z ego teneor. nā cū verba edicti sint generalia. s. factū est nō solū q̄ fecit tenet hoc interdicto. sz z q̄ fieri iussit. sz pone q̄ mādaui titio vt op⁹ faceret: z titi⁹ iussit alij facere. hoc casu tenet faciēs op⁹ tenet z titi⁹ teneor z ego. z vno ex his soluēte liberant alij z hoc dicit hic. §. cū. l. se.

s Jtali⁹. Debebā seruit. itineris p fundū meū tibi aliqs me inuito in hoc fundo edificauit ita q̄ iter tuū impeditur teneor tibi hoc interdicto in hō vt prestē tibi patientiā destruēdi hoc op⁹. si aūt seru⁹ me⁹ hoc opus fecit. si quidē mea volūtate: teneor destruere meis expēsis. si sine mea volūtate fecit teneor tantū patiētiaz pstare z seruū p noxa dare. sed si seruum vendidi pstabo patientiā destruendi. z ēptor vel impensas pstabit in destruēdo ope: vel seruū dabit p noxa. sz si me volēte fecit op⁹ lz eū postea vēdam teneor prestare impensam z patientiam. z si hoc prestē liberat emptor. idē si emptor pstet. nā ego liberor. sed si emptor dedit seruū p noxa nō liberor quin teneor hoc interdicto. Vltimo dicit. q̄ post phībitionē facit op⁹ tenetur z hoc interdicto. Itē indicto de operis noui nūci. nisi remiseriz nūciac. nā tūc nō tenet z q̄ post phībitionez facit siue facta remissione siue nō: nō dr clā facere: cū nō possit dici celatus qui iā prohibuerat. ¶ Bellissime. Algēs hoc interdicto pōt qlibz repelli ope excep. vt si op⁹ fecisti vi aut clā. qō opus dat mihi dānum z ego destruo illud op⁹ vi aut clā. si tu agas hoc interdicto q̄ destruxi op⁹ vi aut clam ego excipiā: q: tu illud opus feceras vi vel clam. z hoc est verū si enorme dānum ex hoc ope habebā alias nō debui destruere. Ponit alia exceptio q̄ huic interdicto obuiat. vt si vicini edē destruxi cā extīguēdi incendij: z ppter hoc agat. ꝯ me hoc interdicto vel acquit. nā si magistrat⁹ destruxit z iure nō tenet. si aūt ego puat⁹ destruxi. tūc aut habebaz iustū timorē. vt q: ppe domum destructam vertat ignis: z non teneor. al's teneor hoc interdicto ad simplū. i. ad itereſſe. Idē est dicendū. si acquit. agat. si aūt destruxi domuz vicini nullo orto incendio. licet postea oriatur ibi. ppe: bene teneor. z reddit rō. ¶ Notauimus. Hec verba edicti q̄ uis late pateant vt ex supradictis patet: scias tñ hoc edictū locū habere in opere qō in solo tm fit. qui ergo colligit fruct⁹ fundi mei nō tenetur hoc interdicto. qui aūt icidit arbores fundi mei vel salictū vel arūdinem vel vites vinee mee. tenetur hoc interdicto. nō aūt ille qui colligit fruct⁹. nā tenet furti. ¶ Si quis aceruū. Dic casuz vt in glo. subsequent dicit. fecisti fossam in silua publica. bos me⁹ in ea incidit: z lesus ē teneris hoc interdicto. Itē qui destruxit summitatez dom⁹ mee lz ñ vsq̄ ad solū: tenet hō interdicto. z dat exēpla i tegula rēota. idē si ramū d arbore icidit. z ē hō vez d tegula si erat supra domū z iñ sit rēota. si āt nōdū erat supra domū posita z aliqs eā rēouerit: ñ tenet hoc interdicto. p sera aūt dom⁹ vel p clauī vl p cancello sublato: nō dat hoc interdictuz. si aūt statuā affixā domui vel simile q̄d quis remoueat hoc interdicto tenet. Itē qui arauit vi vel clam in agro alteri⁹ vel fossam fecit hoc interdicto tenetur. qui aut ē aceruuz lignoz existentem in agro titij remouit extra agrū portando ligna hoc interdicto non tenet cum p hoc non ledat fundū nec aceruū coherebat solo. z hoc dicit hic. §. cum tribus legibus sequentibus.

i S qui in puteū. In puteū quē habebas in agro tuo deieci aliq̄d p qō aqua est corrupta: teneor hoc interdicto. z redditur rō in littera. sicut si aliquod aliud op⁹ fecissem i tuo puteo siue aqua. Secūdo dicit. statuā in loco publico posui. sti. eā remoui. teneor hoc interdicto tibi. z furti act. teneor ciuitati. si tñ per se cadat statua. z statuā supra sepulcrū tuoz fecisti ponere cā ornādi sepulcri: z ego remoueo. teneor tibi hoc interdicto. idē si hostiū sepulcri tui auellā siue remoueā. idez si

radices vinee tue abstuli.nam teneor hoc interdicto. ¶Qō ait prētor. Hūc quedā verba edicti suprapositi declarat hic s.qō vi aut clā fcīm ē.nā ad qō tps referanť dubitabať.s. vtr ad pñs tps quo agit an ad preteritū.t certe si factū opus durat:presens tps quo agit spectať.si aūt desijt op⁹ factū durare.vt qr op⁹ qō fecisti ego destruxi meis expēsis agere possum postea hoc interdicto t veniēt expense quas feci vt eas mihi emēdes. Itē dāni emēdatio si qō ob illō op⁹ hūi. ¶Ultimo dicit.hoc interdictū hz locū in ope qō est factū vi tm vel clā tātū ītē si ps opis facta est vi.z alia ps clā sit facta.t ponit exēplū in littera. ¶Si tutoris. Seruus pupilli vel adulti fecit op⁹ vi vel clam.iussu tutoris vel curatoris.teneť ipse tutor vel curator vtili act.in factū.vel vtili ꝺ interdicto.t pupillus t adultus teneť prestare patientiā destruēdi opis.t hoc delictuz nō sequit seruū hinc est q si manumittatur seru⁹ pdict⁹ nō tenebitur cū iuste obtēperauerit in hoc tutori vel curatori.t no.bonam regulaz in fine.§. ¶Si postea q. In meo fundo feci opus vi vel clam.t sic habeo hoc interdictū ꝺ te.ꝺr q licz vēdaz postea istū fundū durat mihi hoc interdictū.t quicqd ob ꝺ osequar nō reddā emptori cū opus fuerit factū ante vēdit.t si anteq tradā op⁹ in eo sit factuz:cōpetit mihi hoc interdictū.t quicqd ob hoc fuero ꝺsecut⁹ reddā emptori.t no.bonā regulā in fine.§. Sed pone q vendidi fundū tibi p.x.hoc pacto vt t si ali⁹ offerat plus sit inēptus t tradidi.postea aliqs in eo fundo fecit op⁹ vi vel clā.ꝺr q ibi cōpetit hoc interdictū t si alius offerat plus p isto fundo inempt⁹ fit.cogeris mihi cedere interdictū istud sicut fructus fundi medio tpe pceptos ¶Postea dicit.q vult edificare in fundo nō ꝺz semp denūciare possessori:vt euitet hoc interdictū.pone enim q vēdidi funduz tibi.t tradidi tibi precario. qui vult edificare in eo sufficit q tibi denunciet cū ergo nō possideāt denunciatur alꝭ teneret ꝺ interdicto ei.ergo fundo vēdito sub publico adiectiōis in diem t tradito cōpetet ei ꝺ interdictū p opere si qō in eo fiet.si aūt nōdū sit traditus hz precarij rogatio interuenit hoc interdictū venditori ꝺpetit p opere si qō fiat vi vl clā.si aūt precario sit in pos.fundi.vel ex cā conduct.t opus aliqō aliquis in eo fundo faciat vi vel clam ei cōpetit hoc interdictuz. nam t colono nō ꝺatur.si autē vendito fundo sub pacto adiectionis in diē allata fuit melior cōditio.t sic pos.trāslata ad venditorem si ammō opus fiat vi vel clam. ꝺ interdictū ꝺpetit venditori. Sz pone q vendidi tibi fundū p.x.hoc acto vt si tibi displiceat sit inemp⁹ t incipis hūc fundū possidere: si amō aliqs in eo fundo faciat opus vi vel clam:tibi cōpetit hoc interdictum Itē si dixissem si displiceat ticio extraneo sit inemptus. Itē si dixissez si nauis venerit ex asia ꝺpetit tibi hoc interdictū. Itē si sub pacto legis cōmissorie vendidi qō exemplum habes in glo. Ultimo dicit.q opus facit in fundo alieno vi vel clam tenetur ꝺ interdicto dño fundi t oibus alijs quoz interest op⁹ nō esse factuz.vt fructuario t colo.hinc est q si arbores fundi mei incidisti teneris mihi hoc interdicto t ēt ei q hz vsufru. in fundo isto. Itē acquil ꝺpetit. Itē si egomet incidi teneor fructuario hoc interdicto t aquil.vtili.t hoc dicit ꝺ.§. cū.l.se. et prin.sequentis. ¶Labeo scribit. Fecisti opus in fundo prīs mei me prohibente tu videris fecisse pinde ac si pater me⁹ prohibuissz.t sic patri meo t mihi interdictū hoc ꝺpetit qō expōe vt in glo. Scōo dicit in fundo peculiari mei filij nō castrēsis peculij vel quasi.fecisti op⁹ clā ꝓpter me filiū: nō cōpetit interdictū qō clam factū est.cū celatio quo ad me filiū p non facta habeať. Tertio dicit.vnus ex socijs arbores fundi cōis incidit.tenetur hoc interdicto socio suo cum eius interfit. hinc ē q si aio donandi concessi tibi incidere arbores fundi mei.t ante q incideres alius incidit.habes hoc interdictum ꝺ incidentē Item si ex cā emptionis vel ex alio cōtractu cesseram tibi incidere. Item et heredi ꝺať hoc interdictū p opere facto in fundo hereditario etiā ante aditā hereditatez.nec obstat q nemo erat dñs fundi tēpore opis. t p opere facto in sepulcro qō tm nullius est cōpetit hoc interdictum ei ad quez ius sepulcri spectat.plus etiā dicit.s.q hereditas iacens locuz dñi obtinet.

¶Si colonus. Colonus me⁹ fecit op⁹ vi vel clā.si quid ē me vel ratum habente vel volente teneor hoc interdicto. sicut t si ꝓcurator me⁹ fecisset me volēte vl ratū habēte.hinc est.si colonus meus arborē de qua erat cōtrouersia inter me t vicinū incidit:si quidem me iubēte teneor hoc interdicto ad patientiaz t impēsam.t ēt colon⁹ ad predicta teneť.si aūt me nō iubente fecit teneor patiētiam prestare.colon⁹ aūt ad vtrūq teneť.scz ad ipensaz t ad patientiā. Idē est in seruo.nā si seru⁹ meus fecit op⁹ me ignorāte t eū seruum vendidi:teneor ad patiētiam tm̄.emptor aūt teneť vel ad ipensas vel ꝺare seruū p nora.immo ipse seru⁹ fact⁹ liber tenebit.t vt breuiter dicam.possessor loci in quo factū est opus vi vel clam eo ignorāte vel inuito tenetur hoc interdicto vt patientiā prestet. Sz pone q locaui tibi agrū vt vites ibi ponas siue plantes: t tu lapides de hoc agro remouisti:t in predium vicini posuisti me ignorāte, teneor ad patientiam tm̄.s.vt patiar reponi lapides in isto fundo vel vt cedā act.si quā ob hoc habeo ꝺ istū colonū. colon⁹ aūt teneť ēt ad impēsas.t hoc dicit hic.§.cū.l.se.t prin.se. ¶Si in sepulcro. Si iussu meo terrā posuisti in sepulcro alterius.teneor hoc interdicto.si aūt iussu pluriū hoc fecisti:pōt ēt cū vno agi insolidū t cū singulis agi p partib⁹ tm̄. si aūt quilibet p se ꝓposuerat iubere.tandē iusserunt p vnuz fieri: singuli tenenť insolidū t vno soluēte nō liberant alij.possunt ēt quenti act. sepulcri violati. ¶Hoc interdictū. Hoc interdictū dať in heredes in id qō ad eos puenit t infra annū dať a tpe opis cōpleti siue a tpe quo desijt laborari.t hic ann⁹ currit sciēti op⁹ factū non ignoranti hz opus sit factuz.t ꝺat exempla qualiter pōt ignorari opus factum. ¶In hoc interdicto. Qui agit hoc interdicto ꝺ facientem op⁹ cōsequit operis destructionē vltra omne interesse qō habuit occasione opis facti vt agens hoc interdicto restituatur in pristinū statū. vñ si seruit⁹ vel vsufru. fundi est amissus p hoc op⁹ emēdari ꝺz interesse vel p iusiurandū actoris vel iudicis officio taxať.faciēda. Postea dicit.qui poterat destruere opus qō fecerat vi vel claz per qō ledor ego vsufructuari⁹ vt qr possidebat agrū in quo erat factū opus.si definat possidere dolo vel culpa: adhuc teneť p inde ac si posset destruere. Ultimo dicit.si aliqua aťt, agit t consequitur interesse suū occasione facti operis.hoc interdictū amō nō hēbit.vt puta si egit ex locato vel p socio ꝺ oductorem vl sociū qui fecit opus in fundo cōducto vel cōi p qō opus deteriorat⁹ est ager.

c Mpetit. Hoc interdictum datur etiam nō possidēti si modo eius interfit:t ꝺa exēpla vt.§.e.l.q̄ q̄.t.l.deniq. §.si ex socijs. Secūdo dicit.qui icidit arbores fundi nō ducētes fructus vt cipressum.teneť hoc interdicto dño fundi non fructuario nisi fructuarius habebat ex his amenitatem. Tertio dicit.q fecit opus vi vel clam.si illud opus possidet teneť ad patientiam t impensam.si non possidet ad impensam tm̄ sed ille qui possidet t non fecit patientiam tm̄ debet prestare. Quarto dicit.qui fecit opus in meo:inquilino meo ꝓhibēte habeo hoc interdictū. Quinto dicit.qui siluam meā imaturā incidit hoc interdicto teneť. Secus si maturaz. Sexto dicit.si cū vellez facere opus in tuo:feci q tūc tēporis potestas te vocaret in ius vt sic interim possim facere.clā videor facere t sic hoc interdictū cōpetit ꝓtra me. Ultimo dicit.fili⁹ locauit fundum titio.venit quidā t incidit arbores fundi.teneť hoc interdicto illi filio.t hoc dicit hec lex cū duabus sequētibus.

v Im facit. Cli dicit facere op⁹ q̄ ꝓhibit⁹ facit vel q̄ dolo fecit quo min⁹ ꝓhibereť.vt pnūciādo aduersario aliqd triste vel claudēdo hostiū aduersarij:ita q aduersari⁹ nō potuit exire ad ꝓhibendū. Scōo dicit. qualitercūq̄ qs sit ꝓhibit⁹ op⁹ facere vel p ẋba. vel p lapilli iactū: vi ꝺr facere: t eo vsq̄ donec.res in eodē statu durat.i.donec aduersari⁹ in edificādo cōsentiat. hr̄s aūt ꝓhibit⁹ si in edificādo pcedat ignorās de ꝓhibit. fcā defuncto nō teneť ꝺ interdicto. dc ope aťt qō fit in naui vel alia re mobili hz fiat vi vel clā.cessat ꝺ iterdcm̄.si aťt fiat in solo siue in publico:siue in ꝑuato:vl religioso:vel sacro.t fiat vi vel clam.hz locū hoc interdictum.

s Jop⁹. Dic casus ꝓncipij huj⁹ legj. vt in gl dñi mei ac. ¶ Si iussero. Jussi seruo meo vt faciat op⁹. opinio mihi erat nõ suspicãs de aliquo ꝙ aliqs si sciret ꝙ ꝓhiberet. seru⁹ añt suspicabat se ꝓhiberi ab aduersario si rẽ scisset. fecit op⁹. mea opinio inspicit nõ seruj: ⁊ sic cessat hoc interdictus. Secundo dicit siue fiat opus vi vel clã in solo meo: siue supra meas domũ habeo hoc interdictũ. Tertio. si ꝓpter op⁹ factũ vi vl clã amũ seruit b̃ dãnus veniet in hoc interdicto vt emẽdetur.

s Jvitem. Citẽ fundi mei traxisti in tuũ fundũ: ⁊ coalnit in fundo tuo. i. imposuit radices. habeo b̃ interdictũ vtile cõtra te vsq; ad annũ vt vitis in meus fundũ reducat. vltra nõ imo radices q̃ erãt in fundo meo cedũt tibi. Si aratri in fundo tuo p vĩ vel clã teneor hoc interdicto sicut ⁊ si fossas in eo fecisses. ⁊ no. bona verba b̃ in fine. Tertio dicit. tabulã ad meum hostiũ fixisti ego eã remoui añq̃ tibi denũciarẽ si tu agas ob hoc cõ me habeo hoc interdictũ cõ te in quo ꝺdẽnaberis nisi me facias absolui. vel hẽo excep. cõ te q; vi vel clã fixeras. Quarto dicit. si stercus p tuũ fundũ portaui te inuito: nõ ob hoc teneor interdicto. ⁊ adducit filia. Quinto dicit. Si ꝓtectũ dom⁹ mee vel stillicidiũ extẽdi vi vel clã supra sepulcr̃ alicui⁹ teneor hoc interdicto. ⁊ no. bõa v̄ba hic in fine §. Sexto di. si denũciaui tibi q; tale op⁹ volebã facere ⁊ statiꝫ facio: nõ videor clã facere. ⁊ sic cessat hoc interdictũ. sec⁹ si interuallo opus postea feci. ¶ De remissionibus. Rubrica.

a Jt prætor. Ꝺonis̃ edictũ cui⁹ sensus est q; hꝫ ius ꝓhibẽdi ne eo inuito fiat op⁹: si nunciat ne fiat tenet. ⁊ si postea remittatur tenet remissio ⁊ in opere poterit ꝓcedi. Ꝺostea loquit̃ vlp. ⁊ dicit. apparet p verba edicti tenere remissionẽ cũ nũciatio tenuit. remissio ãt fit vel p cõez volũtatẽ vtriusq; vel satisda. ꝓstita. ⁊ si p⁹ satisdat. fiat remissio supflue fit. Jtẽ is põt nũciare q; est dñs fundi in quo fiebat opus: vel qui hꝫ ibi seruit̃ vel vsufru. põt ẽt fructuari⁹ vẽdicare seruitutẽ. Jtẽ remissio fcta a fructuario tz, fructuari⁹ ãt ñ põt nũciare dño ꝓpꝫ etas̃ edificãti: sz si ex illo opere hẽat fructuari⁹ dãnũ hꝫ ꝓfessoriã. Jtẽ q; hꝫ fuit. vrbanã i domo põt nũciare si in ea fit ab aliquo extraneo op⁹. Jtem q; hꝫ fundũ obligatũ in quo fit op⁹: põt renũciare. Jtẽ remittẽ põt

¶ De precario. Rubrica.

Primo dicit q̃d sit ꝓcariuꝫ. Scõo ex quo iure descẽdit ⁊ i quo differt a donat. Jtẽ i quo simile comodato.

p Precarium.

a Jt prætor. Ꝺonis̃ edictũ cui⁹ sensus est qõ precario ab aliquo accepisti siue nũc habes: siue dolo fecisti q; min⁹ hꝫs. prætor ait vt restituas. Secũdo loquit̃ vlp. ⁊ dicit. hoc interdictũ restitutoriũ est ⁊ equitatẽ ꝓtinet. nã equũ ẽ vt re mea vtaris donec volã. vltra nõ. ⁊ nõ solũ agit̃ hoc edicto de reuocando precariũ. sed ẽt ꝓscriptis verbis actio ꝙpetit. Tertio dicit. res corporalis põt ꝙcedi ꝓcario ⁊ incorpalis. vt si ꝓcario ꝙcedã tibi ire p fundũ meũ. dat ⁊ alia exẽpla. Jtẽ in re mobili ꝙsistit precariũ. Jtẽ q; ꝓcario rẽ hꝫ dñ possidere. Jtẽ hoc interdicto tenet̃ nõ q; rogauit sz q; habuit ꝓcario rẽ. vũ si filj⁹ meus vel seru⁹ a te rogauit ꝓcario rẽ aliquã ⁊ ꝙcessisti: ego dicor habere nõ ipse: ⁊ ego teneor. Jtẽ si rẽ meã ꝓcario mihi rogãti cõcessisti nõ dicor eã precario hꝫe cũ res mea sit. Jtẽ si rẽ tuã hẽo ꝓcario vsq; ad natale. ⁊ eo veniẽte adhuc retineã. dicor ex nouo ꝓcario hꝫe. ẽt si nõ interuenerũt rogamina ꝓ hoc nouo precario. Si añt intra natale rogaui te vt ꝓroges tps: ⁊ prorogasti. idẽ precariũ durat secus si finita die. i post natale te rogaui vt eandẽ rẽ cõcedas ꝓcario ⁊ cõcessisti. nã nouũ est ꝓcariũ. sed pone q; ante natale factus es furiosus vel decessi licet adhuc post natale teneam rem: non extẽdit̃ ꝓcariũ. Jtem si ꝓcurator me⁹. i nũci⁹. siue gestor meor̃ negociorr̃ me mãdante vel ratus habẽte meo noĩe rogauit vt tu cõcederes rẽ ꝓcario ⁊ ꝙcessisti: ego dicor habere precario. Jtẽ q; rogauit me vt possit stare in fundo meo precario. puta ad solem nũc in hyeme ⁊ ꝙcessi. nõ dñ possidere sz ego sic nec fructuari⁹ nec colon⁹ nec inquilinus dicunt̃ possidere. hꝫ sint in ꝓdio: ⁊ b̃ dicit hec. l. cũ trib⁹ sequentibus et ꝓin. quarte. ¶ Julian⁹ ait. Te vi deieci de fundo tuo eũdẽ a te pecj ꝓcario. dñ q; si desino vi possidere: dicor a me ꝓcario possidere. idẽ si istũ fundũ a te emi. nã ꝓ emptore dicor possidere. Scõo dicit. rẽ meã obligaui tibi ⁊ tradidi eandẽz a te ꝓcario petij ⁊ ꝙcessisti. dñ q; ꝓcario dicor possidere. Tertio dicit. rẽ alienã quã q; possidet põt ꝓcario ꝙcedere. ⁊ tenet precariũ. ⁊ b̃ dicit b. §. cum. l. se.

q Clesitũ. Rogatu mei scholaris ꝙcessi libr̃ũ meũ scholari alterius doctoris q̃si scholari meo ꝙcedẽs. hẽo mãdati ꝓtra scholarẽ meũ: ⁊ ipse hꝫ hoc interdictũ de ꝓcario cõ scholarẽ q; habuit libr̃z. sed si nõ cogẽte vel mãdante meo scholari sz instigãte alij scholari ꝙcessi libr̃ ⁊ pactũ mihi fecit scholaris me⁹ de hoc libro reddẽdo teneꝫ scholaris me⁹ actẽ ꝓscriptis v̄bis ⁊ in factũ. ¶ Ꝺ a titio. Rẽ quã habui ꝓcario a dñcto: videor hꝫe ⁊ ab herede ei⁹ vel ab alio ei⁹ successore etiã si ignorẽ q̃s sit heres. Scõo dicit. ꝙcessisti mihi rẽ ꝓcario ⁊ eam postea vẽdidisti titio. ⁊ titi⁹ nõ reuocauit eã a me: imo dimisit penes me esse aliquo tpe. videor hꝫe ꝓcario eã a titio. ⁊ ei competit hoc interdictũ. ¶ Eũ quoq;. Per verba edicti pz eũ teneri hoc interdicto q; hꝫ rẽ ꝓcario ⁊ q; dolo desijt hꝫe q̃d si culpa desijt habere. certe nõ teneꝫ. ⁊ sec⁹ est in comodatario q; tenetur ⁊ de culpa. ⁊ quare sit sec⁹ reddit̃ rõ in littera. teneꝫ tñ ꝓcario hñs: etiã de lata culpa. Secũdo dicit. ꝓ hoc interdictuꝫ petit̃ res precario cõcessa restitui in pristinã cãm. ⁊ si nõ fiat restitutio ꝓdicto mõ ꝙdẽnatio fit in interesse quãtuꝫ interfuit agentis a tpe redditi interdicti. fructꝰ etiã veniũt a predicto rẽpore. Tertio dicit. ꝙcessi tibi fundũ ꝓcario nõ fuisti vsus fuit̃. debita illi fundo. ⁊ sic est amissa nõ vtẽdo an tenearis. queritẽ ⁊ dñ q; nõ nisi fuisti in dolo vel culpa lata. cõ his enĩz teneꝫ tñ qui ꝓcario rem habeat. at post litem motam in hoc interdicto venit ⁊ leuis culpa ⁊ leuissima. Quarto dicit hoc interdictuꝫ datur ⁊ post annũ. ⁊ reddit̃ rõ in littera. Quinto dicit. b̃ interdicto teneꝫ heres ei⁹ q; habuit rẽ precario. siue ad heredẽ venit res precario ꝙcessa: siue dolo fecit quo minus veniret.

p Precaria. Precariũ põt cõstitui inter presentes ⁊ inter absentes. Secũdo dicit. cõcessi tibi ãcillã ꝓcario ⁊ filiũ eius q; eã sequitur videor cõcedere. Tertio dicit. scholaris libr̃ũ quẽ obligauit habuit ꝓcario ab vsurario: soluto postea debito finit̃ precariũ. Quarto dicit. concessi tibi libr̃ũ ꝓcario vsq; ad natale: possum ⁊ ãte natale repetere. Quinto di ꝓcariũ ad heredẽ cõcedẽ is transit vt ei cõpetat b̃ interdictũ. in heredẽ añt habẽtis nõ transit. ⁊ dic de hoc vt in glo. Sexto dicit. seruus meus habuit rẽ precario a titio me hoc mãdãte seruo vel ratũ habẽte. ego vdeor habere precario: ⁊ teneor b̃ interdicto. si añt me ignorãte habuit ⁊ nõ habẽte ratũ teneor de peculio vel ꝺ in rẽ verso. ⁊ hoc dicit b̃. l. cũ quatuor sequẽtib⁹.

i Interdictũ. Hoc interdictũ merito erit inductũ cõ eũ qui hꝫ rẽ precario. qr nulla actio ciuilis noĩata ꝙpetit ⁊ reddit̃ rõ q̃re hoc interdictũ cõpetit. Secundo dicit. b̃ interdicto nõ tenẽtur hospites ⁊ q; gratis habitant. ⁊ dic de b̃ vt in glo. Tertio di. ẽt iura pñt cõcedi ꝓcario: vt tigni ĩmittendi in meã domũ vel in ꝓtectũ. Quarto di. q; ꝙcedit rẽ ꝓcario ⁊ stipulat̃ sibi redditũ nõ hꝫ b̃ interdictũ. ⁊ dic rõz vt ĩ gl. Quinto di. ꝙcessi tibi rẽ ꝓcario b̃ acto vt hẽas possessionẽ tenet ⁊ hẽs naturalẽ ego ciuilẽ. Sexto di. ꝓcariũ põt ꝙstitui in pñtia rei q; dat̃ ꝓcario ⁊ in absentia. ⁊ hoc dicit hec lex ⁊ se.

s Jadoptauero. Titi⁹ hẽbat rẽ ꝓcario ab aliquo. cuj⁹ arrogaui. videor ego hꝫe ꝓcario. Scõo di. q; hꝫ rẽ ꝓcario b̃ acto vt hẽat possessionẽ. hꝫ interdictũ vti possidetis cõ oẽz q; cõtendet hãc rẽ possidere excepto cõcedẽte. Tertio dicit. põt q̃s dare ꝓcario rẽ suã sz nõ possidebat. Quarto di. duo nõ pñt eandẽz rẽ hꝫe insolidũ. sic nec duo vnã rẽ pñt vi aut clã insolidum possidere. Quinto di. seru⁹ me⁹ ꝙcessit rẽ ꝓcario alicui me hoc ratũ hñte ego videor cõcessisse. ⁊ mihi hoc interdictũ cõpetit. Sexto di. q; cõcedit rẽ ꝓcario hꝫ hoc interdictũ ⁊ act ꝓscriptis verbis. ⁊ b̃ dicit hec lex ⁊ tres sequẽtes.

e Eique. Clẽdidi tibi libr̃ũ: ⁊ cõcessi tibi eũ ꝓcario donec solueres precium. si nõ solueres: possuꝫ repetere libr̃ũ hoc interdicto. Scõo di. cũ cõcedo tibi fundum ꝓcario: vt in eo morer̃s:

supua cuiꝰ ē dicē. ꝛ tuis ꝺ liceat. nā intelligiť. ꝛ ꝺ dicit ħ. l. ꝛ se.

s Jis q̄ ꝑ possessore. Possidebā rez tuā ꝑ p̄dones vł ꝓ ēptore: qz eā emerā a nō dño. nūc eandē petij a te p̄cario ꝛ habui, oť ꝙ bñ tenet p̄cariū. ſz ponе ꝙ tu dñs rei eā petijsti a me p̄cario ꝛ cōcessi. dicitur ꝙ tenet bñ p̄cariū. Ultimo dicit pupillus si accipit rē p̄cario sine tutoris auctoritate: bñ teneť nā si habz eam. iustū est ꝙ reddat. vel si dolo desijt hře, secus si sine dolo desijt habere. nam tunc non tenetur.

De arboribus cedendis. Rubrica.

Ponit edictū cuiꝰ sensus est. si ar-

a Jt prętor. boz ex edictꝰ tuis in meas impēdet si volo illā arborē adimere. ꝓtoz vetat mihi fieri viz Secūdo dicit vlpi. ꝺ edictū est ꝓhibitoziū. ꝛ ꝑ hoc edictū ꝓhibeť mihi fieri vim quominꝰ totā arborē adimā: ꝛ a stirpe eā possuz excidere ꝛ ligna tollere potero nisi dñs eiꝰ inci dat. ꝛ qđ dictū est de arboze. idē dicas in vite ꝛ nō solū mihi dño domꝰ cui arboz tua nocet hoc ꝓmittiť. ſz etiā ei q̄ hz vsum fru. in ista mea domo. Jtē si plęs sunt dñi domꝰ cui nocet ar boz tua q̄libz hz ꝺ interdictū vt nō ꝓhibeať tollere arborem. Ultimo dicit. pus ꝓmittiť dño tollere arborem: ꝛ si nō tollat: tūc ille cui nocet poterit tollere. De inde. Nunc ponit aliud edictū: cuiꝰ sensus est. si arboz ex agro tuo in meū agrū pēdet: nisi tu tollas ramos vsq; ad q̄ndecī pedes sup terrā: ego po tero tollere. ꝛ ꝓtoz ꝓhibet ne mihi vis fiat. hoc etiā dicit lex xij. tab. ꝛ est rō. nevmbra ramoꝝ meo agro noceret. Et differt ꝺ edictū a ꝓmo. qz ꝓmū ꝓhibet vim fieri ꝓtoz totā arborē in cidēri. at in ꝺ incidēri vsq; ad q̄ndecim pedes ramos supra ter rā. Ultimo dicit. si arboz tui fundi vēto inclinata in meū fnn dum sit agam ex. l. xij. ta. vt adimať quasi nō sit tibi ius ita ha bere, ꝛ hoc dicit hic. §. ꝛ. l. se.

De glande legenda. Rubrica.

Glās ex arboze tui fundi cecidit in

a Jt prętor. meū fundū. ꝓtoz vetat tibi fieri vim quominꝰ eā possis colligere vsq; ad tres dies ꝛ ap pellatione glandis omnes fructus continētur.

De libero homine exhibēdo. Rubrica.

Ponit edictū cuiꝰ sensus est. si ho-

a Jt prętor. minē liberū dolo malo retines. ꝓtoz ait vt exhibeas. Secūdo loq̄tur vlpi. ꝛ dicit ꝺ iter dictū cā tuēde libertatis est inductū. ſ. ne hoies libe ri teneanť vt sui qđ simile suituti erat. pōt retinēs etiam accusari lege fauia. ꝛ vna via non tollit aliā: maxime si a diuersis intēteť. Tertio dicit. qđ dictū est in edicto liberꝝ. in telligas siue masculū siue femiaz siue puberē siue nō. siue vnū siue plures siue sui iuris siue alieni: dū tamē liber sit. Quarto dicit. qui tenet filiū suū quē hz in ptāte nō teneť ꝺ interdicto. Jtē q̄ tenet eū quē emit ab hostibꝰ: nō teneť ꝺ iterdicto nisi fit solutū p̄ciū ſz si rēiserit p̄cium ꝛ adhuc eū teneat. teneť ꝺ iterdi cto. Jtē q̄ retiet filiū suū emācipatū lusorē forte ob ꝺ ne ad lu dū vadat: nō teneť ꝺ interdicto. Jtē q̄ libertū suū vel alūnū vł noxe sibi datū adhuc impuberē tenet quē credebat fuū: nō te neť ꝺ interdicto nisi eū induxerit blādicijs ad tenendū. Jtem is demū hoc interdicto teneť qui sciēs liberū hoiem tenet ez secus si ignoret eū esse liberū vel dubitet vel facit ei qōem sta tus. nā hoc interdictū cessat. ꝛ hoc dicit hec. l. ꝛ ꝑn. sequentis.

Ait prętor: exhibeas. Hūc exponit vlpi. x̄bū positū in edi cto ꝺ. ſ. exhibeas. ꝛ dicit q̄d sit exhibere. Secūdo dicit. ꝺ iter dictū ꝓpetit oibus volētibꝰ illud intētare. remouētur tū suspe cte pſone si vellēt intētare cū ꝛ accusare possint suā suoꝝq; iiu riā pſequēdo. ꝛ si plures simul vēiant ad ꝺ interdictū intentan dū ꝑferť ydoneioꝝ qđ extimať ex ꝺiunctōe ꝛ fide ꝛ dignitate ꝛ si aliꝙs egit ꝺ iterdicto aliꝰ nō poterit illō iterdictū intētare nisi de ꝑuaricatiōe ꝓmi doceať. ꝺ idem ē in publicis iudicijs. Sed pōe ꝙ ꝑ ꝓmū iudiciū ꝺuentꝰ soluit estimať. litis. forte. l. aureos. adhuc hoc interdictū poterit intētari. ꝛ ab eodē q̄ pri mo egit ꝛ ab alio. Jtē absens in ꝺ interdicto condēnať. Jtez si ꝺ interdicto cōuentus nō defendať in bōa eius eundū erit. Jtē qui sciēs liberꝝ hoiem eū tenet. ſz possessus ignoret statuz suū: teneť ꝺ interdicto. Jtē q̄ liberꝝ hoiem credēs suū eū emat ꝛ hēat. nō teneť ꝺ interdicto. Jtē q̄ liberꝝ hoiem sciēs liberuz teneat: cogiť statī exhibere: nec dabiť ei dilatio ifra quā exhi beat. ꝛ ꝺ intelligas si erat in pūti ille possessus. Ultimo dicit creditoz volebat agere ꝺ iterdicto vt debitoz suus q̄ stabat ce latus ꝓpter debitū exhibereť. oť ꝙ nō audiť sed mittať in bo nis eiꝰ. ꝛ ꝺ dicit hic. §. cū. l. sequēti.

De liberis exhibendis seu deducendis. Rub.

Ponit edictū cuiꝰ sensus est. si eū q̄

a Jt prętor. est in mea ptāte: puta filiū meū apō re hēas vel dolo desijsti hře ꝓtoz ait vt exhibeas. Secūdo loquit vlpi. ꝛ dicit ꝺ interdictū dať aduer sus detinentē eū quē q̄s desiderat exhibere. ꝛ dať ei q̄ eū detē tū in sua ptāte esse dicit. Tertio dicit. nō curať ex qua cā sit fi lius meꝰ apō aliū: ſz oī mō cogiť restituere eū ex quo est i mea ptāte nisi sit mater que teneat filiū meū: cū qñq; expediat apō eam esse magis ꝙ apud me. Jdē si apō aliū sit filiꝰ meꝰ. ꝛ iudi catū sit euz nō eē in mea ptāte. Si q̄s filiā. Pater filiā su am nuptā titio ꝛ cū eo existentē in bona volūtate vult eam ab ducere vel petit eaz sibi exhiberi cā dissoluēdi mrimonij. oť ꝙ nō pōt. ꝛ reddiť rō in littera. secꝰ tamē si petat eā exhiberi cau sa exercende patrie ptātis in eā vt cā castigādi eā ob aliquaz ignominiā quā sibi ipa dixerit. nā tūc audiť dū tn modice casti get. Ultio dicit. pr filiā suā nuptā titio tenebat iuito titio. po terit titius agere interdicto de vxoze exhibenda ac deducēda ꝛ hoc dicit hic. §. ꝛ. l. se.

d Deinde ait ꝓtoz. Ponit aliud edictū cuiꝰ sensus est. si lu tiū titiū in mea ptāte existentē aliꝙs eū detineat quo mi nus possim eū ducere. ꝓtoz vetat mihi viz fieri. Secūdo loqui tur vlpi. ꝛ dicit. interdicta supioza. ſ. s̄. t. i. posita. ꝛ s̄. e. l. i. sunt exhibitoria: ꝺ autē ptinet ad deductōem. Jtez supius interdi ctū. ſ. s̄. e. positū est ꝓparatoziū huiꝰ. ꝛ ex his ꝺ causis hz locū ꝺ interdictuz ex q̄bus supius. s̄. l. i. posituz. ꝛ dať hoc interdi ctū contra detinētem eum q̄ est in mea ptāte. si aūt filius per se ſtet. ꝛ negat se in mea ptāte esse: cessat hoc interdictū. ꝛ hz locū officiū iudicis vt coꝝ eo de hoc cognoscatur. ſ. sit in mea ptā te vel nō. Jul. ait. Si agere volo ꝺ interdicto cōtra titium possidentē filiū meū impuberē: vel officio iudicis agere volo cōtra ipm filiū meū impuberē q̄ stat ꝑ se ꝛ negat se eē in mea ptāte: aliqñ debeo differre agere vsq; in tēpus pubertatis: ali qñ nō. nā aut vterq; litigantiū bōa fide litigat. i. actoz ꝛ reꝰ ha bēt bonā fidē. ꝛ tūc vsq; in tps pubertatis impuberē apud se hēbit. aut reꝰ mala fide cōtendit. ꝛ ego nō. ꝛ tūc statim ago. si aūt ego mala fide agaz. reus ꝝo bona fide se defendat. hēbit pupillū vsq; ad finē litis. ꝛ stati de cā cognoscit. si aūt vterq; nostꝝ mala fide litiget differť cā vsq; in diē pubertatis. ꝛ inte rim stabit puer apud aliquā ydoneā pſonam.

c Tiam. Si pať sit impius. mater ꝝo bōa: ꝛ filius penes mrem stare vult. pr hoc interdicto agēdo succūbet. Secū do dicit. cū cognoscit de impubere masculo vł femia vel ꝓio pubertati sit in mea ptāte. ꝛ aliꝙs nūz sit calūniatoz interiz oz puer stare penes mrem famil. ꝛ mrem famil. itelligas note. au ctoritatis feminā. i. bone conuersatiōis ꝛ vite.

s Jeū. Ego dico te esse i mea ptāte ꝛ meo iussu adiuisse hēditatē. possuz ꝺ te de hēdit. agere. ꝛ ꝺ interdictuz ꝓtra te intentare. ſz stes vt pr famil.

s Jfilius. Filius meꝰ stat spōte penes te. ꝛ dicit se nō eē i mea ptāte nō hēo ꝺ interdictū: ſz officiū iudicis cū pide sit ae si ꝑ se staret: nisi tu dicas eū eē in tua ptāte ꝛ nō in mea. ego cō tra. nam tunc hoc interdictum habet locum.

Utrobi. Rub

Ponit edictū cuiꝰ sensus ē. si ho-

p Retoz ait. minē aliquē possedi maioze pte ā ni. ꝛ aliꝙs nūc euz teneat: ꝓtoz ꝓhibet mihi fieri vī quominus ducā euz. Secūdo loquitur vlpi. ꝛ di cit. hoc interdictū hz locū in re mobili. ꝛ est simile iterdicto vti possidetis: qđ hz locū in re soli. ꝛ ꝺ interdicto obtinet: qui nec vi nec clā nec p̄cario ab aduersario possidz tempe litis mote.

De migrando. Rubrica.

Ponit edictū cui⁹ sensus est, si domū
p Retor ait tuā cōduxi sub certa pēsiōe ⁊ in ea in
duxi seruū ⁊ eū volo extra domū abducere, p̄tor, ꝓhi
bet mihi fieri viz in trib⁹ casib⁹, prim⁹ si nō erā obligat⁹ pro
pēsione: soluerā tū pēsionē. Scōs si meo nōie tibi satisfactū ē
Tert⁹ si parat⁹ eram soluere ⁊ pte stabat. Postea loq̄t vlp.
⁊ dicit b̄ interdictū dar̄ in quilino non colono, subuenit tū co
lono ex ordine. Itē vtile b̄ interdictū dar̄ inquilino q̄ gratis
habitabat ⁊ si nōdū debebā possessionem soluere q⁹ nō vene
rat tps quo eā debebaz soluere ⁊ interim volo agere hoc iter⁹
dicto vt possim extrahere res nō audior. Idē si cōducā domū
tuā plurib⁹ annis: ⁊ soluta pēsione vni⁹ anni: volo agere hoc
interdicto: ⁊ adducere res q̄s adduxerā in domū tuā. nō audi
or nec est vis q̄tū ad hoc vt opetat mihi b̄ interdictū siue res
q̄s volo abducere sint mee siue nō. Itē siue sint obligate siue
nō pignoris tū noīe erāt tibi, si aūt pignoris noīe tibi sint indu
cta, adhuc hz locū hoc interdictū vt possint extrahi. Itez hoc
interdictū ꝑpetuū est ⁊ heredib⁹ ⁊ in heredes dar̄. Itē dar̄ b̄
interdictū p reb⁹ cōmodatis inquilino vel depositis q̄s i do
mum ꝺductam induxerat, ⁊ hoc dicit h̄. l. ⁊ se.

¶ De saluiano interdicto. Rubrica.

Ego franciscus locaui titio fundū
s Icolonus. p pēsione certa in hunc fundum, in
duxit ancillā noīe pignoris ⁊ eā vēdidit ⁊ pepit pe
nes emptorē. dr̄ q̄ hēo hoc interdictū ēt ad ptū recupandum.
Secūdo dicit, si fundū duoz titi⁹ cōduxit ⁊ insolidū cuiq⁹ res
titij in fundū adducte sint obligate, dr̄ q̄ si ter⁹ has res inci
pit possidere quilibet istoz poterit agere insolidū hoc interdi
cto, si aūt alter eoz possidet: potior est possessor. si aūt erat ac
tū vt p partib⁹ cuiq⁹ sint obligate, tūc quilibz eoz in pte po
terit agere hoc interdicto ⁊ ꝺ extraneū ⁊ inter se. Idez ē si ha
bes rē cōem cū aliquo colono ⁊ tu meū fundū ꝺduxisti ⁊ cā pi
gnoris hāc rē induxisti. nā p pte erit mihi obligata. ⁊ cōpetit
mihi hoc interdictū. Ultimo dicit, cōduxit titi⁹ fundū duoz
⁊ induxit in eū funduz res cā pignoris si agat hoc interdicto
inter eos obtinet possessor. si autē terti⁹ possidet has res agi
tur seruiano iudicio. ⁊ hoc dicit hec. l. ⁊ se.

¶ De exceptionib⁹ ⁊ prescrip. ⁊ preiudicijs. Rubrica.

In exceptionib⁹, qui eas oppo
a Here etiam. nit actoris ptibus fungit̄, q⁹ oz
eas ꝓbare ⁊ large intellige excep. vt cōprehēdat re
